Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35457
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

doher ydumeus uenit ad saul et
dixit ei quod dauid uenisset in domo
abymelech Tunc enim sic spiritus est idem
doher et precepto saulis interfecit
abimelech sacerdotem omnes qui alios
sacerdotes de familia ipsius Bene
autem doher ydumeus motus sanguineus
interpretatur qui tum facile moueri po
tuit ad domini sacerdotes interficiendum
tuntumque sanguinem effundendum Sig
nificat autem antichristum qui et ipse ad sanc
torum sanguinem fundendum paratissimus
erit Abymelech autem prius mei regis
interpretatur per quod etiam intelligimus
que gens sancta et regale sacerdotium
vulgus sacerdotes ideo an
tichristus interficiet quia christum meum dominum

Quid gloris susceperunt
aris in malicia qui potes
es in iniquitate Tanta
erit malicia et potentia
antichristi ut ni ut in eis
legitur domini abbreuiasti dies eius non esset
salua omis caro sed propter electos breuia
bunt dies illi Regnabit enim per tres
et per tria et dimidium tempus a per tres
annos et dimidium et non amplius
in quibus mundum pene totum et per se
et per discipulos suos ad se conuertet
Vnde spiritus est Quia omnes homines post
se trahet et ante se immutabiles
Hic igitur in sola malicia gloriatur
qui dixit in corde suo Non moue
bor a generatione in generationem sine ma
lo Cuius os maledictione et amari
tudine plenum est et dolo Cui nunc
ipsa non absque indignatione dicit
Quid gloriaris in malicia Que est
ista omnium hominum turpissime et nequis
sime gloriatio tua? Que est ista po
tentia tua que michil aliud nisi
iniquitate et malicia operatur? Non
sufficit tibi mala agere sed insuper
in scelere gloriaris Quid letaris diu

male fecisti et exultasti in rebus
pessimis Tota die iniustitiam
cogitauit lingua tua Tota nocte
die ac toto tempore iuste sue hec cogitabit
et mente tractabit quomodo iniustitiam
et iniquitatem operetur quomodo insertos ho
mines ad se conuertat et secum ad perdi
tionem trahat Sic nouacula acuta
dum pilos radere debeat carne uulne
rat Sic ille iniquissimus dum se iusti
tiam defendere et malos homines perdere
satagit contra sanctos arma conuertet
et eos digne satis mirificendos esse
publicabit Et tunc quidem erit tribu
latio tali qualis non fuit ab initio seculi
usque nunc neque fiet Et paucis quidem
erunt qui eius dolos et decepciones non
seducant cum cum potentissimum sapi
entissimum et miraculis coruscante vi
deant O dilexisti malicia super
benignitatem iniquitatem — magis quam
loqui equitatem De cuius malicia et
iniquitate aplius loquitur dicens quia
nisi ueneritis discessio primum et reue
latus fuit homo iniquitatis filius perdi
tionis qui eleuabit et extollet se super
omne quod dicitur deus aut quod colitur
ita ut in templo dei sedeat et ostendat
se tanquam sit deus Vnde et sub
ditur Dilexisti omnia uerba precipita
tionis in lingua dolosa Et quis est eu
iter uiba que non dicta sunt precipita
tionis et dolosa non videantur Et
quis unquam tanta precipitatione tan
que barratrei submissione digno est
quanta ille cuius lingua dolosa tantas
blasphemias loqui non timescat
de ipso nam quid dicit apostolus Quia dominus ihs
interficiet eum spiritu oris sui et auferet
illustratione aduentus sui Nec tri
dubium est quin maior eum adhuc in
iudicio precipitatio expectet

Propterea destruet te deus in
finem euellet te et emigrabit te